



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

Reverendissime Ac Perillustris Domine Patrone Perquam Gratiose.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](#)



# REVERENDISSIME AC PERILLUSTRIS DOMINE PATRONE

Perquam Gratiolē.

**N**ec parva, nec pauca sunt, quæ Superi concesserunt  
tibi munera : virtus nimirum, doctrina &  
eximiæ naturæ dotes, quibus emines, te Ca-  
thedralis Ecclesiæ non unius tantum favori-  
bus, & plurimorum affectu, ac veneratione dignum fa-  
ciunt. Quidquid illi in alios dispersum vident, in te uno  
collectum prædicant, vel ipso etiam corpore tuo animi  
majoris magno teste; ut adeò spei publicæ pars magna  
quietat in te, in cuius virtute, prudentia & singulari  
humanitate Magnates exemplum suspiciunt; inferiores  
verò fortunarum suarum ac necessitatum meritò Tutorem  
agnoscunt. Dum in Ecclesia Canonicus versaris, ita  
te geris, ut natus factus Ecclesiæ videaris; quamvis te  
Sæculum longo tempore sit visum invidere, serius quam  
par est, liberum tibi ex foro in chorum concedens tran-

scendit

litum

situm. Pluribus non audeo onerare modestiam tuam,  
 quæ silentii præceptum ita meo imposuit calamo, ut nec  
 de tuis virtutibus, nec de avitæ Familiæ Sickingianæ do-  
 tibus plura liceat scribere; mavis nimirum ex norma  
 virtutis vivere, atque adeò laudes mereri, quam laudari.  
 At hoc ipsum inter multa alia novo est argumento, ut  
 non verear te Synopsis Historicæ meæ Patronum appel-  
 lare; modestiam enim hanc tuam singularem cum pluribus  
 perspectam habeam, & Historiæ, præsertim Sacræ, cùm  
 æstimatorem eximum te esse abundè intelligam. à Re-  
 verendissimo nomine tuo aliquam illi commendationem  
 obtineri posse confido: judicabunt namque periti, esse ali-  
 quid in hoc tenui compendio, quod legi mereatur, cùm  
 tuum sua in fronte nomen præferat. Privata mea  
 nomina, quibus jam à pluribus annis me tibi, univerlæque,  
 verè Perillustri Familiæ tuæ devinctum profiteor, tac-  
 tus ptereo; cùm dignè me illis respondere non posse  
 lubens confitear. Deus Optimus Maximus, Pientissimus  
 votis meis id tribuat, ut diuturna cum incolmitate in  
 te eximia hæc decora tua pluribus incrementis augeat,  
 & ad tuam pariter totiusque Ecclesiæ felicitatem consum-  
 met. Ita cum omnibus bonis ardentissimè exoptat

REVERENDISSIMÆ AC PERILLUSTRIS  
 DOMINATIONIS TUÆ

Servorum infimus

Gregorius Kolb, S. J.